



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 43. Altercatio inter Protestantes circa mediationem Christi Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.
A.C. 1595.

lebat auctoritate, ut Eutichetis hæresis confirmaretur: insuper hi Legati tertio Concilio Constantinopolitano, necnon Nicæno II. ac Florentino, imo etiam Concilio Tridentino subscribebant, seque penitus Romani Episcopi, tanquam Universalis Ecclesiæ Capitis, Christi Domini Vicarii, Apostolorum Successoris JURISDICTIONI, (*) ac censuris subjiciebant, professi, quod ejusdem auctoritas sese in Univerſum Orbem extendat.

§. XLIII.

*Altercatio inter Protestantes circa
mediationem Christi Domini.*

Thu. l. II. 4. Hæc cum interea agerentur, Grifonum, & Vallis Telinæ Ministri celebrem refucitabant disputationem, quæ jam olim circa Mediationem Christi Domini agitabatur, ubi in dubium vocabatur, an Homo-Deus consideratus ut talis, apud divinum Patrem suum non fuerit mediator noster, nisi post suam incarnationem, anve verbum verbi ab omni æternitate genitum jam ab origine Mundi suam mediationem impenderit pro Angelis, & hominibus ob eorum creationem, conservationem, & salutem: insuper disputationi subjiciebatur, utrum hic idem Deus factus homo,

(*) Non solum primatui honoris.

homo, postquam in sinu Virginis jam fuit incarnatus, adhuc haberi debeat pro nostro Mediatore, protectore, & Ecclesie militantis capite, ita, ut ejus mediatio usque ad finem saeculorum continuetur. Intererant duodecim Deputati hanc in rem specialiter nominati, & quidem sex una ex parte, & totidem ex altera, qui die decima tertia Octobris Tiranii congregati, nihil tamen decidere poterant, (*) eapropter die tertia Martii anno sequenti rursus disputationibus initium dabatur, quini- mo etiam die trigesima Septembris jam tertia vice conventus cogebatur, sed absque successu magis prospero: quo- circa omnino haec consultatio dissolve- batur. Nihilominus quidam Grisonum, seu Rhætiorum Minister nomine Nico- laus Rusca hujus conciliabuli acta divul- gans, ea typis imprimi curabat: ast illi, qui sententiae contrariae adhaere- bant, quantocius prolixa admodum dissertatione responderunt.

Saecul. XVI.
A. C. 1595.

§. XLIV.

(*) Cur autem hi Ministelli sibi invicem non acclamabant: Scrutemini Scripturas, consulite vestrum privatum Spiritum, nam hi sunt infallibiles Judices nostri: quid nobis de Conciliis, & traditionibus?

K k 4